QVÆST. LXXIII.

De pęna priuationis officij, dignitatis, vel beneficij.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 De pœna priuationis officij, vel beneficij.
Et quibus caſibus de iure communi incurratur, ibid.
2 Iudex committens barat ariam priuatur officio.
Et quid ſit pœna corrumpenti iudicem.
3 Iudex propter negligentiam poteſt officio priuari.
Officiales hodie non ſyndicantur da negligentia, ibid.
4 Notarius condemnatus ex eo, quid deliquerit in officio tabellionatus an cenſeatur priuatus officio.
5 Clericus beneficiatus, contrahens matrimonium, amittit beneficium.
Et an ſit priuatus ipſo iure, an autem ſit per ſententiam priuandus. ibid.
Et quid ſi contrahit cum impubere, ibid.
Et quid ſi vxor ante copulam ingrediatur monaſterium, nunquid ipſe recuperet beneficium, ibidem.
6 Clericus, qui per annum ſuſtinet excommunicationem, priuatur beneficio.
Clericus periurus priuatur beneficio, ibid.
Clericus ſimoniacus priuatur beneficio, ibid.
Clericus factus miles ſecularis amittit beneficium. ibid.
7 Clericus excommunicatus eſt ipſo iure priuatus fructibus beneficij.
Et an clericus excommunicatus ſit alendus ex fructibus beneficij, ibidem.
Clericus hæreticus, & eius filij amittunt beueficia, ſi quæ habent, ibid.
Clericus colludens in cauſa beneficij poteſt priuari. ibid.
Clericus non incumbens horis diuinis eſt priuandus beneficio, ibidem.
Clericus homicida priuatur beneficio. ibid.
Clericus homicida priuatur benefieio, ibid.
8 Prælati inſufficientes debent deponi.
Et quid in Papa, ibid.
Epiſcopus negligens uon poteſt deponi niſi à ſummo Pontifice, ibidem.
9 Clericus priuatus beneficio tenetur reſtituere fructus perceptos à die commiſſi delicti.
10 Officialis contemnens mandatum Principis cum clauſula pro quanto gratiam ſuam caram habet, officio priuatur.
11 Officialis priuatus officio tamquam male verſatus, non poteſt ad officium redire.
12 Iudex corruptus quomodo puniatur.
13 Et quid in corrumpente.
14 Et quid de promittentibus expeditum litium finem.
Fumi venditor quis ſit, & quomodo puniatur ibidem.
15 Barattaria quomodo probetur, remiſſiuè.
16 Carcerati ab aliquo Iudice non ſunt teſtes idonei contra illũ.
17 Iuramentum ſuppletorium non habet locum in ſyndicatu.
18 Barattaria quomodo probetur in regno Neap.
19 Barattans dicitur proditor, & quomodo puniatur.
Iudici afferenti ſe corruptum fuiſſe, an credatur in præiudicium partis. num. eod.
20 Acta facta per iudices corruptos pecunia ſunt nulla,
21 Accuſatio pro barattaria eſt popularis,
22 Iudex accipiens pecuniam pro barattaria, ſi poſtea eum pœniteat, an euitet pęnam.
23 Pecunia accepta pro committenda barattaria cui applicetur.
24 Officialis ſciens barattariam alterius officialis tenetur eam reuelare.
25 Officiale delinquente ad fauorem vniuerſitatis, vel officij, an teneatur ſucceſſor.
26 Barattaria non dicitur recipere ſportulas palam, & bona fide.
27 Officialis quid recipiens an præſumatur in dubio recepiſſe pro barattaria.
28 Et quid ſi mandet pecunias alteri dari.
29 Officialis recipiens pecuniam poſt latam ſententiam, an preſumatur corruptus.
30 Officiales in Reguo Neapolit. nõ poſſunt recipere mutuo aliquam pecuniam.
31 Iudex querelatus de extorſione ſi ſimpliciter reſpondeat, quod quicquid habuit; iuſte habuit; nõ videtur fateri extorſionẽ.
Pœnitentia an proſit ad minendam pęnam remiſſiuè.
*31 Iudex negligens dicitur particeps delicti.
32 Iudex negligens quomodo puniatur, & quando dicatur negligens.
33 Iudex propter negligentiam poteſt priuari exercitio ſuæ poteſtatis, ſaltem quo ad illam cauſam.
Et quomodo practicetur in Regno Neap. ibid.
34 Et quid in negligente ne partes veniant ad arma.
35 Iudicis negligentia in quibus caſibus puniatur remiſſiuè.
36 Officiales de quibus debeant ſyndicari, remiſſiuè.
37 Appellans in ſyndicatu contra officialem debet iuſtificare appellationem ex eiſdem actis.
Officialis non euitat ſyndicatum de barattarijs, & illcitis extorſionibus etiam ſi habuerit officium cum pacto de non ſtando ſyndicatui, num. eodem.
38 Inquiſitio ſcrupuloſa fieri non debet in ſyndicatu.
39 Adminiſtrationis miſeriæ.
40 Officialis non poteſt condemnari, niſi querela præcedente.
41 Officiali ſyndicando interdicitur interim adminiſtratio.
42 Memorialia data ſine nomine contra officiales ſunt reijcienda.
43 Credulitas nimia culpa adſcribitur.
44 Syndicatus non poteſt per Principem tolli.
Officialis in ſyudicatu an admittatur ad iuratoriam cautionem ibidem.
45 Officialis in loco vbi officium exercuit, ad ſyndicatum ſtare debet:
46 Officialis ante ſyndicatum poteſt conueniri in ſex caſibus.
47 Notarius condemnatus de falſo, an per hoc ſit officio tabellionatus priuatus.
48 Excommunicatus perſiſtẽs per annuũ in excommunicatione ſit ſuſpectus de hæreſi.
49 Prælati inſufficientis pęna.

Ex Additionibus.

1 Officialis quando dicatur delinquere in officio, remiſſ.
2 Officialis in officio delinquens in ſtatu eccleſiaſtico priuatur officio ſtatim, quod fuerit condemnatus de delicto abſque alia ſententia priuationis.
Condemnatus ob delictum in officium nõ poteſt amplius illud exercere.
Accuſatus de crimine commiſſo in officio poteſt ſuſpendi.
Et conuenire durante officio.
3 Doctor priuatus propter delictum doctoratu, an poſſit iterũ doctorari.
4 Priuatio officij an dicatur pęna ciuilis, vel criminalis.
5 Et an in ea poſſit interuenire procurator.
6 Antiani reuelantes ſecreta Vniuerſitatis, priuantur officio.
7 Secretum dicitur, quod vulgus ignorat.
8 Officiales ipſorum vota propalantes quomodo puniantur in Regno Neap.
9 Pęna commutata efficit, vt non ſit locus priuationi officiorũ qui erat.

ADDITIONES
Ad Quæſt. LXXIII.

2 Huic etiam valde affinis.) Vigell. M. I. C. lib. 1. c. 14. q. 4. de pœnis quibus alicui. Farin. quæſt. 19. volum. 1. num. 42. *Roſ.*

QVÆST. LXXIII.

1 *Huic a etiam valde affinis eſt pœna priuationis officij, dignitatis, vel beneficij, quam quidem pœnam qui de iure communi incurrant, videre potes apud Calic. in Margar. fiſci, fol. 110. & ſeq. vbi enumerat 156. caſus, in quibus eſt impoſita pœna priuationis militiæ, & ſacerdotij, cinguli, officij, vel dignitatis.*

2 *Iudex b committens barattariam priuatur officio, quòd de præſenti habet, et facultate alia habendi in futurum l. iudices, C. de dignit. lib. 12. Et in hoc omnes concordant, vt dicit Boſſ. in tit. de off. corruptis pec. poſt nu. 10. prætereaq; punitur pęna legis Iuliæ repetundarũ, ſcilicet exilio, vel etiam grauius ſecundum qualitatem facti, vt eſt tex. in l. lex Iulia, §. fin. ff. ad l. Iul. repet. Et ita videtur colligi ex gloſſ. in l. 1. C. ad l. Iul. maieſt. quam ſequuntur ceteri, vt atteſtatur Grammat. conſil. 35. nu. 9. vbi in facti contingentia conſuluit, et refert Pract. Millei, fol. 95. nu. 48. & Papo. lib. 6. nu. 2. arreſto 14. ita fuiſſe in facto obſeruatum Pariſiis contra quendam regium cõſolarium, qui pro furtis, & ſceleribus per eum commiſſis, fuit exactoratus, & degradatus, & ſuis inſignibus ſpoliatus, & deinde emendam honorabilem peregit, &c. Cogitur etiam perſoluere quadruplum eius, quod accepit: & in hoc pariter omnes concordant, vt dicit Boſſ. in loco præallega. Sed aduerte, quia non ſemper iſtud quadruplum applicatur fiſco, ſed tantummodo quando verſatur turpitudo ex parte vtriuſque, ſcilicet dantis, & recipientis. Quando autem turpitudo eſt ſolummodo ex parte vnius, tunc dimidium quadrupli applicatur fiſco, & dimidium alteri parti. Ita dicit gloſſ. in l. 1. in gl. fin. C. ad l. Iul. repet. quam ſequuntur Doct. vt atteſtatur Chaſſan. ſuper conſuet. Burg. fol. 89. verſ. nonus caſus. Quæ autem ſit forma degradationis doctoris, videri poteſt apud Gramm. ſuper c. Regni, fol. 122. poſt num. 28. vbi refert, quomodo de-* munerum receptione art. 10. *Roſ.*

b *Huic etiam valde affi-*
1 *nis.*) Adde † videndum Corn. conſil. 132. col. 2. & D. Farin. in quæſt. 19. vbi habetur, quando quis dicatur delinquere in of-
2 ficio, & quòd † per Rotam Romanam deciſum fuit, quòd officialis delinquens in officio priuatur officio abſq. alia ſententia priuationis, ſtatim quòd eſt condemnatus de delicto, & ſit declaratum, quòd deliquerit: quia in pœnis etiam ipſo iure impoſitis, requiritur declaratoria delicti, vt notant omnes in cap. cum ſecundum, de hæreticis, & in c. Rodulphus, vbi Felin. de reſcript. & licet aliàs priuatus officio poſſit illud exercere ex reſcripto Principis, non tamen poterit, quando fuit condemnatus de delicto in officio commiſſo, Tiraq. de pœn. cap. 58. num. 7. ſic & tabellio condemnatus non poterit officium vltra exercere. Tiraq. ibi nu. 8. Item accuſatus de crimine commiſſo in officio ſuſpendi poteſt Tiraquel. de pœn. cauſ. 58. num. 5. poteſt conueniri officio durante, Tiraquel. ibi, nu. 6.

3 Item adde, quòd † ſi Doctor propter delictum priuatur doctoratu, non poteſt doctorari, niſi ab Imperatore, vel à Papa, l. 2. in fin. C. de liber. & eorum lib. & ibi Bald. & in l. 2. C. de diuer. offic. lib. 12. & Iaſ. in l. 1. §. & poſt operis, ff. de nou. oper. nunc.

4 Item † adde, quòd pęna priuationis officij eſt criminalis, quando apponitur ſola, ſed quando vltra priuationem officij apponuntur aliæ pęnæ, tunc eſt ciuilis, & procurator poſſet in
5 ea interuenire, † Abb. & Io. de Anan. in c. ſuper his, de accuſat. Corn. in conſ. 19. col. 2. circa fin. vol. 3. & Maran. in ſua pract. par. 4. num. 32. cum ſeq. diſt. 1.

6 Item † adde, quòd Antiani reuelantes ſecreta Vniuerſitatis priuantur officio, ita Bal. in tit. de pace tenen. in verbo, In nomine Chriſti, & in tit. quibus modis. Feu. amitt. & in titulo
7 de pace tenen. in verb. credentiam dicit, † quòd ſecreta dicũtur illud, quod vulgus ignorat.

8 Item † adde, quòd in Regno Neapolit. priuantur officio officiales eorum vota propalantes, & etiam incurrunt pœnam indignationis, iræ Regis; ita prouiſum fuit per Reg. pragm. incip. cum vero ex propalatione ſub titulo de offic. Iuſtitiarij, ſeu magnæ Curiæ Vicariæ fol. mihi 201.

9 Item † adde, ſi ſtatutum pro aliquo delicto imponat pœnam corporalem, & officij priuationem, & deinde pęna corporalis in pecuniariam commutetur per aliud ſtatutum; amplius priuationi officij non eſt locus, cum in ipſa reformatione nihil dictum ſit de officij priuatione, Dec. conſil. 90. col. 2. verſ. ſed tamen vlterius, quem refert, & ſequitur Menoc. de arbit. iud. caſu 276. num. 9.

10 Item † adde, quòd pęnam priuationis officij incurrit Iudex contemnens mandatum Principis, ſi ei iniunctum fuerit, pro quanto charam gratiam habuerit; etiam quòd ſit officium perpetuum Gram. deciſ. 40. num. 22.

11 Item † adde, quòd priuatus officio ſuo per ſententiam ex eo, quòd malè verſatus fuerit, ad officium redire nõ poteſt, ſecundum Caſſan. in cõſuet. Burg. fol. 258. nu. 49. cum ſeq. nec a ſententia contra ipſum lata poteſt appellare; Tiraquel. de pœn. cauſ. 58. nu. 3. *Baiar.*

b *Iudex cõmittens barattariam.*) Pęna corrupti Iudicis: quid contra hos corruptos obſeruatum a Cambyſe, Dario, & Alexandro, Seuero, & quando corruptus iudex proprie dicatur diligenti ſtudio explanatum, vide per Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 4. caſu 342. *Giach.*

Iudex committens barattariam.) Vide ſupra quæſt. 29. verſ. præterea Dec. tract. crim. tom. 2. lib. 8. cap. 33. latiſſ. Farin. q. 111. vol. 4. art. 1. & 15. ſeqq. vbi art. 14. numer. 361. tradit Quid ſit iudicare per ſordes, art. vero 1. ponit, Quis dicatur barattariam committere, & de huius criminis grauitate, & de eius pęna num. 15. & ſeqq. in 3. art. num. 39. loquitur de ſecunda concuſſione, de

12 *Iudex committens barattariam.*) Adde, † quòd iudex corruptus ſex pœnas incurrit, de quib. per Neuiz. in Syl. nupt. lib. 5. in verb. quomodo ſit iudicandum, num. 91. & hanc materiam iudicis corrupti vide plenè per Menoch. de arb. iud.
13 caſ. 342. & in caſ. 343. habetur de pœna † corrumpentis iudices, & in ſequenti caſu de pœna eorum, qui aliqua re accepta, vel promiſſa expeditum litis euentum promittunt,
14 & † iſti corruptoribus ſunt ſimiles, & ibi etiam latè de venditoribus fumi, & eorum pœnis: ſunt aliqui enim, qui cum gratia, vel familiaritate aliquid apud Principes, vel cauſarum iudices poſſunt, pecunias, & alia munera ab ijs, qui a Principe, uel a iudice aliquid ſibi concedi poſtulant, accipiunt, ut quid futurum de illorum petitionibus ſit, referant, &
15 ij fumi uenditores dicti ſunt, & quomodo probetur † barattaria, uide Maſcar. de prob. in concl. 165. 166. & 453. uide etiam Franc. Marc. deciſ. 685. part. 1. ubi facit diſtinctionem inter delicta commiſſa extra officium, & commiſſa in officio, dicens, quòd ubi agitur de commiſſis extra officium, requiruntur plenæ probationes, & ubi agitur de commiſſis in officio, ſufficit ſemiplena probatio cum iuramento, ad hoc allegat gloſ. in authent. ut iudices ſine quoquo ſuffragio, §. neceſſitatem in uerb. oſtendatur. & Ioan. de Plot. in l. iudices, C. de dignit. libr. 12. ſed ego dubito hanc diſtinctionem non eſſe ueram per text. in l. ſciant cuncti, C. de probat. quòd autem ſufficiat, tenuit Tiraquel. cauſ. 58. num. 7.

gradatus fuerit quidã doctor. Pars autem c Iudicem corrumpens, ſcilicet dans ei pecuniã, vt pro ſe inuictè pronunciet, perdit datum, & litem; pariterque dans, vt iuſtè pro ſe pronunciet. Ita tenet gloſſ. in l. 2. in verb. In bona, ff. de condict. ob turpem cauſam: quam dicit eſſe communiter approbatam Roman. ibid. numer. 7. Didac. ſuper regul. peccatum, fol. 102. Vbi verò quis daret pecuniam, vt iuſtitiam miniſtraret celeriter, non videtur Iudicem corrumpere voluiſſe, idoque poterit pecuniam datam repetere; & ita frequentiori iudicio, & interpretum ſuffragio receptum eſſe ait Didac. ſuper dict. regul. peccatum, folio centeſimotertio, Intrans autem cameram Iudicis, & non data pecunia, ſed blandis verbis perſuadens, vt pro ſe ſententiam ferat, non amittit litem, ſed punitur pœna centum aureorum, leg. 1. in fin. ff. de ambi.

& illi, qui fuerunt carcerati ab aliquo Iudice, contra eum
16 non † poſſunt recipi in teſtes, quia non ſunt omni exceptione maiores, vt requiritur, nam contra Iudices probationes debent eſſe legitimæ, & luce maridiana clariores, vt per Bertaz. in conſil. 71. numer. 11 cum ſeq. vbi dicit etiam, quòd in ſyn-
17 dicatu † iuramentum in ſupplementum probatio-
18 nis locũ non habet, † ſed in Regno Neapolit. adeſt cap. 46. incip. Item quòd in omni caſu. quo prouiſum fuit, quòd in omni caſu, in quo contra prohibitionem officialis dicitur recepiſſe, nec inde aliquid conſtare poteſt, purget ſe per iuramentum ſuum officialis tam ipſe videlicet, quàm ille, per cuius manus dicitur recepiſſe: & ſi prædictum iuramentum præſtare recuſauerit, ſtetur ſacramento partis, à qua dicitur recepiſſe, & quantum ipſe ſe ſoluiſſe iurauerit, ſibi reſtituatur inſtanter, & nihilominus ſoluat Curiæ pęnam in talibus conſtitutam: vide etiam Ioann. Anton. de Nigr. in cap. 260. incip. vulgaris famæ, & ibi numer. 23. habentur, quæ conſiderari debeant, quando proceditur contra officialem de barattaria, & extorſionibus, & Par. de ſynd. in verb. probatio. §. contra officiales, & barattaria probatur ſicut dolus, ſcilicet indicijs, & coniecturis. l. dolum. C. de dolo. Boer. deciſ. 100. Crauet. conſil. 8. & conſil. 319. & Plot. in l. ſi quando numer. 76. C. vnde vi. & probatur etiam per iuramentum, ſecundum Angel. in auth. vt iud. ſine quoquo ſuffrag. § oportet ei, & per Gramm. in dict. conſ. 35. numer. 53. cum ſequent latè quæ probationes requirantur in hoc crimine corruptelæ, quæ pęna imponatur contra officialem de iure communi, & quę per Conſt. Regni & quando liberatur fideiuſſoribus, & per Regiam Pragmaticam incip. quis neſcit ſub titulo de muneribus, prouiſum fuit, quòd ad probandam corruptionem contra officialem ſufficiũt tres teſtes ſingulares bonę famę, & opinionis, & in crimine corruptelæ quomodo procedatur, & probetur, vide cap. regni incip. vulgaris famæ prologuium, & Foller. in fragmentis numer. 189. vbi latiſſimè, & ibi etiam habetur de dict. cap. Item quòd in omni caſu. & ad hanc materiam barattariæ vide omnino Port. in conſil. 94. vbi conſuluit contra Tabernam ſupremum cancellarium Mediolani, & barattans dicitur proditor,
19 † & contra eum poteſt procedi ad inſtar rei criminis læſę Maieſtat. ita Gigas in tract de crim. læſæ maieſt. lib. 3. rubric. de prodit. quęſt. 2. & vltra pęnam priuationis officij incurrit etiã degradationis, & priuationis dignitatis, Capyc. deciſ. 121. numer 18. vbi latè de hac materia, Guid. Pap. ſing. 510. verſic. qualiter. Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. de attent. lite pendente numer. 20. Bonacoſſa in quæſt. crimin. in verb. ſyndicare, verſicul. ſi condemnatus, & Franc. Marc. in deciſ. 693. in part. 1. Item adde, quòd Iudici aſſerenti ſe pecunia corruptum, ſententiam protuliſſe non creditur in præiudicium partis. Gabriel. commun. concluſ. lib. 7. dę malef. concluſ. 32. nu. 7 & ſequent. vbi hoc dictum declaratur.

20 Item † adde, quòd omnia acta per Iudices pretio corruptos geſta ſunt nulla, l. venales. C. quando prouocat. non eſſe neceſ. capit. cum ab omni. de vit. & honeſt. cleric. Archid. in capit. rectè. 11. quæſt. 3. Socin. in fallent. 356. Marſil. in l. lege Cornelia ff. de falſ. & Vant. de nullitat. in titul. de nullitat. ex defect. proceſſ. numero 136. vbi dicit, quòd ipſo iure non valent.

21 Item † adde, quòd accuſatio pro barattaria eſt popularis & cuilibet de populo competit, ſi agatur criminaliter; ſi autẽ ciuiliter, ſi applicatur fiſco, competit cuilibet de populo, alias ſi aliqua pars applicatur parti, tunc competit ſolum ſoluenti, & eius hæredi. ita Ang. in l. 1. verſic. ad hanc partem. C. ad. l. Iul. repetun.

22 Item † adde, quòd Iudex ſi acciperet pecuniam, vt committeret barattariam, ſi pœniteat, antequam barattariam committat, non euitat pœnam, ſecundum Bald. in leg. generaliter §. 1. ff. de calumniat. & ibi dicit, quòd ita per illum tex. fuit determinatum Florentiæ in vno, quem re integra pœnituerat, & idem refert in leg. 1. §. ad beſtias ff. de poſtul. & hoc pro valde notabili refert etiam Iaſ. in §. quadrupli nume. 80. inſtitut. de actio. Marſil. ſingul. 326. pœnitentia, Roman. ſingul. 332. & pulchrè per Boer. deciſ. 153. vbi limitat poſt Bolognet. §. ibi per eum allegato, & videtur tenere, quod ſit idem, ſi Iudex non receperit pecuniam, ſed pactus fuerit, & ibi numer. 23. tractat,
23 cui † pecunia ſit applicanda, fiſco, vel parti, & ſecundum Roman. ſing. 333. per eum ibi allegatum regulariter applicatur parti, & de hoc vide etiam Doctores in leg. 1. & ſequent. ff. de condit. ob turp. cauſ. & Abb. in capit. in omni column. 2. de vit. & honeſt. cleric.

24 Item † adde, quòd in Regno Neapolit. fuit prouiſum per ritum 4. incip. Item quòd ſi aliquis, vbi Carau. quod alios officialis ſciens aliquem officialem barattariam commiſiſſe, tenetur reuelare, quod etiam eſt de iure communi, vt dicit Paris. in tract. de ſyndic. in verb. ſyndicantur officiales il 3. per tex. in §. neceſſitatem verſic. ſed etiam in auth. vt iudic. ſine quoquo ſuffrag.

25 Item † adde, quòd ſi officialis delinquit pretextu officij, & ad commodum ipſius officij, vel vniuerſitatis, ſucceſſor in officio tenetur ſatisfacere. Afflict. ad deciſ. 70. Toloſ. & Moron. in tract. de pace, & fide, & tregua q. 131.

26 Item † adde, quòd pecunijs ſolutis pro ſportulis, ſi Iudex eas acceperit palam, & bona fide, non poteſt dici commiſſa barattaria. Bald. in capitul. fin. numer. 11. de appellat. Socin. in regula 55. barattaria. vbi dicit, ita fuiſſe iudicatum in fauorem cuiuſdam Iudicis, Felyn. in capitul. tua nos num. 5. de ſymon. & Marſil. in rubr. ff. ad l. Cornel de ſicar. numer. 10. & Bertaz. in conſil 71. num. 23. & ſeq.

27 Item adde, † quòd quando dantur pecuniæ officiali, præſumptio eſt contra ipſum de barattaria, tametſi mutui cauſa, vel alterius liciti contractus in illa numeratione nominetur, vt per Bald. in leg. quiſquis Cod ſi cert. pet. Grammatic. conſil. 35
28 numer. 8. nec refert, † an ipſe officialis pecunias recipiat, vel eas vxori mandet per alterum tradi, leg. 2. ff. de calumn. &
29 Port. in conſil. 94. numer. 9. & 10. niſi donatum † fuiſſet Iudici poſt latam ſententiam, quia illud non argueret, illum fuiſſe corruptum. Anchar. conſil. 368. columna ſexta, quem ſequitur Felyn. in capitul. tua nos, de ſymon. in fin. & Menoch de præſumption. libro quinto, præſumptione octaua, numer. 12. ſed forſan non tranſiret ſine ſuſpitione, conſiderata tamen
30 qualitate numeris, † & in Regno Neapolitan fuit prouiſum per Pragmatic. 2. incipientem quis neſcit. ſub titul. de muner. offic. quod Iudices nullam quantitatem pecuniæ mutuo accipere poſſint.

31 Item † adde quòd Iudex querelatus in ſyndicatu de extorſione, reſpondens ſimpliciter, quòd quicquid fecit, & habuit, iuſte fecit, & habuit, non videtur fateri pecunias extorſiſſe. Ioann. de Amicis conſilio 49. per totum, & an pœnitentia proſit ad minuendum pœnam, Tiraquell de pœn. cauſ. 60. *Batard.*

c *Iudicem corrumpens.*] Adde fuſius de pœna corrumpentis Iudices per Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. libr 2 centur. 4. caſ. 343. *Giach.*

c *Iudicem corrumpens.*] Adde Menoc. de arbit. iud. caſ 343 vbi hanc materiam late tractauit. *Batard.*

Item

5 *Item* d *iudex propter negligentiam poteſt officio priuari,* e *ſuper qua negligentia in facti contingentia conſuluit Ruin. conſil. 12. libr. 5. Scias tamen, quod hodie officiales non ſyndicantur de negligentia: & ita obſeruat conſuetudo, quæ multum fauet aſſeſſoribus, vt dicit Angel. de ſyndic. num. 8. quem refert Amad. de ſyndic. num. 247. in fin. Quod intellige, vt procedat, quando talis negligentia eſt leuiſſima culpa, vel etiam quando eſt leuis: ſecus autem ſi eßet lata culpa, & ſic dolo proxima: nam de ea vtique ſyndicantur. Et ita obſeruat conſuetudo, vt atteſtatur Catald. de ſyndic. q. 13. & 265. Boſſ. in tit. de off. corrup. pecu. nu. 26. vbi ſubdit, quòd ita etiã atteſtantur omnes.* f *Debent ergo officiales ſyndicari tantummodo*

d *Item iudex propter negligentiam.*] Sed qualiter probetur Iudicis negligentia, vide per Boſſ. tit. de offic. corrup. pecunia num. 35. Et pœnæ Iudicis, nec non & arbitri negligentis iuſtitiam adminiſtrare, vide quæ habentur per Iac. Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 5. caſu 342. Item adde, quod iudex conuincitur de negligentia, quando non vult recipere libellos querimoniarum, vel accuſas, vel ſi recepit, non vult examinare teſtes; qui producuntur, ne faciat reſtitui furtum, vel damnum ei, qui furtum, vel damnum paſſus eſt, ita notabiliter poſt Bald. dicit Iacob. de S. Geor. in l. mancipat. C. de ſeruis fug. nu. 5 Hic nota, quod iudex negligens in
*31 † puniendo delinquentem, quem corrigere poteſt, dicitur fautor eius, & particeps criminis, cap. quanto, de ſent. excomm. cum ſimilibus, de quibus, per Crau. conſil. 314. colum. 3. verſ. Ideo, & in conſil. 322. col. 2. & ibi. alia quædam de negligentia uide. *Giach.*

Item iudex propter negligentiam.) Farin. ubi ſupra q. 111. art. 15. nu. 396. 4. vol. *Roſ.*

32 *Item iudex.*) Adde † Menoch. de arbit. iud. caſ. 341. ubi plenè tractat de pęnis Iudicis negligentis miniſtrare iuſtitiam: & quomodo Iudex dicatur eſſe in negligentia, aut teneatur in ſyndicatu, uide Bald. in l. mancipia. C. de ſeru. fugit. & Bart. in l. cognitione colum. fin. ff. ad Syllan. & negligentia an præſumatur, & quomodo probetur, latè per Maſcard. de probat. concl. 188. uolum. 2. & nedum ipſe Iudex, qui negligit facere iuſtitiam, tenetur parti, ſed etiam Principi, qui illum Iudicem creauit. Franc. Niconit. in repet. cap. quoniam contra, num. 1081. de probat. & Iudex negligens in puniendo delinquentem, quem corrigere poteſt, dicitur fautor eius, & participes criminis cap. quanto. de ſent. excomm. & per Crau. in conſil. 314. colum. 3. verſic. Iudex, & conſil. 132. colum. 2. & ibi alia de negligentia Iudicis, ſed utinam, quando Iudices non puniunt delinquentes, ſit negligentia, & non malitia.

33 Item † adde, quòd iudicis negligentia in expediendo cauſas ciuiles, & criminales eſt iuſta cauſa eum priuandi, ſaltem in illa cauſa, exercitio ſuæ poteſtatis, & maior magiſtratus poteſt ſupplere, & iuſtitiam facere, etiam quòd eſſet Iudex feudatarij, ſiue Baronis habentis priuilegia, quòd in terris ſuis ipſe ſolus, uel eius officialis iuſtitiam facere poſſit, ſed maior magiſtratus urbaniter agendo poteſt ſtatuere terminum iudici ad expediendum cauſas ciuiles, ſiue criminales, quo elapſo in caſu negligentiæ poterit ipſe maior magiſtratus procedere etiam in terris in feudatis, & ſeparatis, & in omnibus cauſis tam ciuilibus quam criminalib. ad feudatarios, & Barones, uel ad eorum officiales ſpectantib. Felin. in cap. irrefragabili numer. 1. de offic. ord. & latè Bernard. de Plot. in conſil. 133. num. 31. cum ſequen. uolum. 1. inter conſil. crim. diuerſ. & hoc paſſim in Regno Neap. ſeruatur, ubi per iudices ſecundarum cauſarum primis, & per iudices tertiarum ſecundis fit præceptum ad inſtantiam partis quòd infra decem, uel quindecim dies cauſam expediant ſub pœna auuocationis, quatenus in termino expeditionis reperiatur, & termino elapſo, ſi cauſa non fuerit expedita per dictos iudices, auuocatur, quamuis Barones iuriſdictionem priuatiuam habeant cum ampliſſimis priuilegijs: de hoc late habetur per Afflict. in conſtit. ſtatuimus num. 45. In ſtatu autem eccleſiaſtico hoc nunquam uidi practicari.

34 Item † adde, quòd officialis negligens in prouidendo, ne partes ueniant ad arma, poteſt priuari officio ſuo. Bal. in l. 1. §. quis ff. de offic. præfect. & Ang. in l. 2. §. ex his, ff. de uerb. oblig. & Brun. in conſ. 66. col. 6.

35 Item † adde, quòd in triginta ſex caſibus iudicis negligentia punitur, quos accumulauit Gomeſ. in Comment. ad regulas Cancell. regula de triennali poſſeſſore quæſt. 28. & de modo probandi iudicis negligentiam, Menoch. in tractat. de recuper. poſſeſſ. remed. 7. quæſtio. 5. uide etiam Maſcar. de prob. concluſione 1088. ubi etiam habetur, negligentiam non præſumi. *Batar.*

e *Officio priuari.*) Adde ut per Crau. poſt relatos in ſuo conſ. 132. col. 2. ubi dicit in ſyndico. Idem in tutore negligente circa adminiſtrationem bonorum pupilli. Idem in executore teſtamenti. Idem in ſimplici procuratore negligente, quem iudex debet remouere etiam ex officio, & nemine petente. Idẽ in prælato, qui a prælatura remouetur ob negligentiam. *Giach.*

f *Debent ergo officiales.*) Borgn. in reper. deciſ. ſuarum in uerbo inſtantia perempta. iudex Ioſeph. Lud. concluſ. 38. uerſ. infertur 102. *Roſ.*

Debent ergo officiales.) Adde Ioſeph. Ludou. in concluſione 38. in uerſic. infertur num. 102. ubi multos accumulauit idem atteſtantes, & dicit ita ſeruari in Vrbe, idem tenet Bertaz. conſilio 71. & 91. uolum. 1. in quibus locis multum latè hanc materiam tractauit; & Gram. in conſilio 54. numer. 11. dicit, quòd hodie de conſuetudine, ac etiam in pluribus locis per ſta-
36 tuta Ciuitatum, officiales non ſyndicantur, † niſi de furtis, pecunia accepta, & malè ablatis, & de ceteris barattarijs, non autem de iniquis decretis, aut ſententijs, malè latis, & ibi
37 Gramm. numer. 16. dicit etiam, quod appellans † in ſyndicatu contra officialem, debet iuſtificare grauamen ex eiſdem actis, & proceſſu, nec poſſet nouas probationes inducere contra officialem. Et officialis debet ſyndicari de barattarijs, & illicitis extorſionibus; etiamſi haberet officium cum pacto, ſiue priuilegio, quòd non teneretur ſtare ſyndicatui, uel quod per litteras Principis ſyndicatus fuiſſet remiſſus, quia litteræ, priuilegium, & pactum intelligerentur ſolum de culpis, & negligentijs, non autem de barattarijs illicitè extortis. Afflict. in conſtitutione uolumus numero 4. & in
38 conſtit. minoribus numero 6. & contra † officiales ſcrupuloſa inquiſitio omnis reijcitur, alias frageretur neruus iuſtitiæ, auctoritaſque iudicum deprimeretur; atque uileſceret, in & officio ſucceſſores lẽto gradu, uel calce procederent, ut per Gramm. d. conſilio 54. numero quinto ad hoc faciunt uerba Ciceronis in oratione pro Lucio Flacco in 2. parte
39 dicentis ad uerbum. Oh † conditiones miſeras adminiſtrandarum Prouinciarum, in quibus diligentia plena ſimultatum eſt, negligentia uituperationum, ubi ſeueritas periculoſa, liberalitas ingrata, ſermo inſidioſus, aſſentatio pernicioſa frons omnium familiaris, multorum animus iratus, iracundiæ occultæ, blanditiæ apertæ, uenientes prætores expectantur, præſentibus inſeruiunt, & abeuntes deſerunt.

40 Item adde, † quòd officiales condemnari non poſſunt, niſi querela præcedat, ut eſt communis opin. de qua per Aret. in cap. qualiter & quando il 2. de accuſat. numero 81. & ita ſeruatur in practica, & quando officiales ſyndicantur, admini-
41 ſtratio † eis interciditur. Gramm. conſil. 10. num. 2. & 3. Lancell de attent. part. 2. cap. 5. numer 17. & Cappel. Tholoſ. deciſ. 370.

42 Item adde, † quòd contra officiales tam ad ſyndicatum permanentes, quàm etiam officia exercentes, reicienda ſunt memorialia ſine nomine tradita. Spec. in tit. de depot. §. 7.
43 num. 10. culpæ † enim nimia credulitas aſcribitur, Roman. conſ. 423. num. 12.

44 Item adde, quòd † Princeps non poteſt remittere, quòd officialis non ſtet ad ſyndicatum, Afflict. in conſtitut. uolumus numero 4. libro 1. fol. 194. & ibi etiam habetur, quòd officialis habet hoc priuilegium, quando ſtat in ſyndi-

 catu,